

Theology on *the Web.org.uk*

Making Biblical Scholarship Accessible

This document was supplied for free educational purposes.
Unless it is in the public domain, it may not be sold for profit
or hosted on a webserver without the permission of the
copyright holder.

If you find it of help to you and would like to support the
ministry of Theology on the Web, please consider using the
links below:



Buy me a coffee

<https://www.buymeacoffee.com/theology>



PATREON

<https://patreon.com/theologyontheweb>

[PayPal](#)

<https://paypal.me/robbadshaw>

A table of contents for the *Journal of Theological Studies* (*old series*) can be found here:

https://biblicalstudies.org.uk/articles_jts-os_01.php

pdfs are named: [Volume]_[1st page of article]

*The Journal
of
Theological Studies*

JULY, 1918

DOCUMENTS

THE COMMONITORIUM OF FULGENTIUS OF
RUSPE ON THE HOLY SPIRIT.

THE tractate printed below was found by me in the same Paris manuscript, B. N. lat. 653 (written at the very beginning of the ninth century in Northern Italy), from which I have already printed various fragments, some of them at least by Pelagius.¹ The copy below is taken from photographs of the MS, the cost of which was defrayed by the Revision Surplus Fund at Oxford. My MS was then revised with the original by Mr John Fraser of Aberdeen University. The MS contains a very considerably expanded recension of the commentary of Pelagius on the Epistles of St Paul. The compiler seems to have desired to preserve various pieces that were in his possession by incorporating them at more or less appropriate points. After giving the genuine Pelagian comment on 1 Thess. v 23 *Ipse autem deus pacis sanctificet uos*, which is *qui omnes sustinet etiam blasphemantes*, our tractate is introduced with no other introduction than the word *aliter*.

I have called it a tractate, because the use of the word *lector*, as the person addressed (p. 487), shews that the work is not a sermon. It consists of a very able collection of proof texts on the divinity of the Holy Spirit, carefully arranged and connected with one another by clauses or sentences shewing their bearing on the subject. The style is very simple and plain. Students of the history of Christian doctrine will, I think, agree with me that it is the lost 'commonitorium parvissimum' on the Holy Spirit by Fulgentius of Ruspe (about A.D. 518: cf. the *Vita* c. 48).

¹ *Proceedings of the British Academy* vol. ii pp. 435-439 (= 27-31); *Journal of Theological Studies* vol. xii (1910-1911) pp. 34 f. Prof. Friedrich Loofs, of Halle, kindly communicated to me that the latter is an extract from the third book of Pelagius's *De Libero Arbitrio*: see now his article 'Pelagius' in the second Ergänzungsband of Herzog-Hauck's *Real-Encyclopädie* (1913).

The language harmonizes with that of the known works of Fulgentius: so does the biblical text. It will not be without interest to shew this fact at some length. Certain New Testament quotations agree with the Vulgate, but others are quite different. It would seem that the author used an Old Latin Bible, and not the Vulgate. The illustrative material could be increased by any one who has a suitable library at hand.

Matt. xii 28 (p. 484) **daemonia = h bff²g¹**

xxviii 19 (p. 486) **ite baptizate omnes gentes** in nomine etc.

It is interesting to see this free quotation repeated in the identical words. So also twice at least in Fulgentius (Migne *PL.* lxxv 500 B, 714 D). The *ite* belongs to the Old-Latin as a whole.

Luc. i 15 (p. 484) **om. adhuc = b**

i 35 (p. 484) **sanctus spiritus : unique?** **te = e b (ff²)**

xi 20 (p. 484) **autem = O.L. versus** Vulgate porro (a clear instance).
autem = a c d, sed = bff² **ego = c d**

Ioh. iii 5 (p. 485) **add. sancto = aff²m**

6 (p. 485) **de (1^o)** { **a b eff² m q** **add. quia deus spiritus**
de (2^o) **est ff² m**

viii 18 (p. 483) **dicit = (a)**

xv 26 (p. 483) **de : Nouat. Hier.**

xvi 27 (p. 483) **de patre prodiui : unique?**

xvii 17 (p. 483) **add. pater : Victorin. (?) Ambr.** **add. tua :**
unique, in this position, among Old-Latin?

Act. v 4 (p. 485) **~ hominibus mentitus = Fulgent. 309 A, Ambst.**

vi 3 (p. 484) **testimonium habentes = (p t)**

xx 28 (p. 483) **constituit = Vigilius, Fulgentius** **ad regen-**
dam (cf. m) **domini = degig p** Lucif. Ambst. Hier.

Rom. viii 9 **add. fratres : unique?**

i Cor. i 30 (p. 483) **~ nobis sapientia = only late Latin evidence,**
e.g. *Z₂* (ed. Buchanan)

vi 11 (p. 483) **om. quidam = many, which however read quidem.**
om. sed iustificati estis = m Iren. $\frac{2}{3}$ Tert. Cypr. $\frac{1}{2}$ codd. etc.
om. nostri = d Iren. $\frac{2}{3}$ Tert. Cypr.

xii 3-8 (p. 485) **om. loquens = dg etc.** **dominum Iesum =**
dg m etc. **autem = Iren.** **uero = ?** **om. quidem = ?**
~ datur per spiritum = Ambst. Ps-Hier. **om. autem = ?**

Eph. iv 5 (p. 486) **~ unum baptismata una fides : unique?**

i Ioh. ii 1 (p. 483) **peccauerimus = Didymus, Vigil.-Thaps.** **ter**
Fulgent. **om. Christum = ?**

Quod autem eiusdem sit sanctus spiritus cuius pater et filius substantiae, ex hoc absolutissime perdocetur quod quaecumque pater uel

filius, eadem etiam facere spiritus sanctus ostenditur. Sanctificat sine dubio pater secundum illud apostoli: IPSE AUTEM DEUS PACIS SANCTIFICET UOS PER OMNIA; et dominus in euangelio: PATER SANCTIFICA EOS IN TUA UERITATE. Hoc etiam filius facere perhibetur: QUI FACTUS EST inquit NOBIS apostolus SAPIENTIA A DEO ET IUSTITIA ET SANCTIFICATIO ET REDEMPATIO. Idem et sanctus spiritus agere declaratur: ET HAEC inquit apostolus FUISTIS, SED ABLUTI ESTIS, SED SANCTIFICATI ESTIS IN NOMINE DOMINI IESU CHRISTI ET IN SPIRITU DEI NOSTRI. Constituit dominus ad praedicandum apostolos. Hoc etiam sanctus spiritus fecisse monstratur, quod ab apostolo dicitur: ATTENDITE UOBIS ET UNIUERSO GREGI, IN QUO UOS SPIRITUS SANCTUS CONSTITUIT EPISCOPOS AD REGENDAM ECCLESIAM DOMINI. Habitare dicitur in suis deus pater, ut apud Esaiam: ET HABITABO IN ILLIS ET INTER EOS AMBULABO. Hoc etiam filius: HABITARE inquit apostolus CHRISTUM PER FIDEM IN CORDIBUS UESTRIS. Idem etiam de sancto spiritu indicatur. NESCITIS, ait apostolus, QUAIA TEMPLUM DEI ESTIS ET SPIRITUS DEI HABITAT IN UOBIS? De patre prodisse filius dicitur: EGO DE PATRE PRODIUI. Hoc et spiritus sanctus: SPIRITUS, inquit, QUI DE PATRE PROCREDIT. Pater de filio testimonium apud homines perhibet. Ipse filius ait: TESTIMONIUM DICIT DE ME QUI MISIT ME PATER. Hoc et sanctum spiritum facere indicat dicens: CUM AUTEM UENERIT PARACLYTUS QUEM EGO MITTAM UOBIS A PATRE, SPIRITUM UERITATIS QUI A PATRE PROCREDIT, ILLE TESTIMONIUM PERHIBEBIT DE ME. Aduocatus noster filius dicitur: SED ET SI PECCAUERIMUS, inquit sanctus Iohannes apostolus, ADUOCATUM HABEMUS APUT PATREM IESUM. Hoc et de sancto spiritu indicatur: NAM QUID OREMUS, ait apostolus Paulus, SICUT OPORTET NESCIMUS, SED IPSE SPIRITUS POSTULAT PRO NOBIS. In ueritate pater dirigit secundum illud Dauiticum; DIRIGE ME IN UERITATE TUA, QUAIA DEUS MEUS ES TU. Hoc etiam sanctus spiritus facere perhibetur: CUM AUTEM UENERIT, inquit dominus, ILLE SPIRITUS UERITATIS, DOCEBIT UOS [IN] OMNEM UERITATEM. Pater bonus dicitur: CONFITEMINI DOMINO QUONIAM BONUS. Hoc et filius: EGO SUM, inquit, PASTOR BONUS. Idem etiam spiritus sanctus: SPIRITUS TUUS BONUS, ait Dauid, DEDUCE ME IN UIAM RECTAM.

Iam sufficere quidem poterant quae de sancto spiritu dicta sunt, 35

- | | | | | |
|------------------------|---------------------------------------|------------------|----------------------------------|-----------------|
| 1. sanctificat] | sanctificati cod. | 2. apostuli cod. | 1 Thess. v 23 | 3. Ioh. |
| xvii 17 | 4. 1 Cor. i 30 | 7. 1 Cor. vi 11 | 9. <u>nī ex ui, ut uid,</u> cod. | |
| apostulus cod. (corr.) | 10. quod] quam cod. an quum legendum? | apostulo cod. | | |
| Act. xx 28 | 13. Esai. inter] in cod. (i exp.) | 14. Eph. iii 17 | 16. 1 Cor. | |
| iii 16 | 18. Ioh. xvi 27 | et ex est cod. | Ioh. xv 26 | 20. perhibetur |
| | | | | cod. |
| Ioh. viii 18 | m*isit cod. | 21. Ioh. xv 26 | 23. qui a] qua cod.* | |
| 24. 1 Ioh. ii 1 | 26. Rom. viii 26 | | 28. Ps. xxiv 5 | 30. Ioh. xvi 13 |
| 31. uos] uob cod.* | 32. Ps. cv 1 | est cod.* | Ioh. x 14 | 33. Ps. |
| cxlii 10 | | | | |

quandoquidem et esse eum et idem quod pater et filius efficere posse monstrauimus; sed propter eos qui illum creaturam potius quam substantiam dei esse pertinaci mente contendunt, adhuc pauca dicenda sunt.

5 Primum quidem quaerendum ab his est qui sanctum spiritum esse creaturam uolunt, si qua creatura, cum una eademque sit, multos possit indiuisa complere, sicut de sancto spiritu scriptum esse non dubium est, ut de beati Iohannis baptistae[†] in euangelio Lucae: ET SPIRITU, inquit, SANCTO REPLEBITUR EX UTERO MATRIS SUAE, et Elisabeth repleta est spiritu sancto, et spiritu sancto repletus est Zacharias, et apostolus INPLEMINI inquit SPIRITU. Item in Actibus Apostolorum: CONSIDERATE ERGO FRATRES UIROS EX UOBIS TESTIMONIUM HABENTES SEPTEM PLENOS SPIRITU, et multa his similia sunt, quibus sanctus spiritus uno eodemque tempore multos replesse monstratur. Quod 15 si facere nulli creaturae possibile est, non ergo est sanctus spiritus creatura.

Quaerendum nihilo minus est si qua creatura digitus dei dicatur, quo[†] si spiritum sanctum digitum dei dici scriptura testatur, unde consubstantialis esse dinoscitur. Nam cum in euangelio Matthei 20 dominus dixisse referatur: SI AUTEM EGO IN SPIRITU DEI EICIO DAEMONIA, et in alio dixisse de hoc ipso referatur: SI AUTEM EGO IN DIGITO DEI EICIO DAEMONIA, dei spiritum digitum dei esse non dubium est. Quod si de nulla dici conuenit creatura, nec consubstantialis deo esse intellegatur. Non igitur est sanctus dei spiritus creatura.

25 Creatorem quoque sanctum spiritum legimus, ut ad beatam Mariam angelus, cum ab eo qualitatem suae pollicitationis exigeret, id est quonam modo posset cum esset uirgo generare: SANCTUS inquit SPIRITUS SUPERUENIET IN TE, ET UIRTUS ALTISSIMI OBUMBRABIT TE, ostendere uolens in creatione assumti hominis efficientiam etiam sancti 30 spiritus adfuturam. Simile est et illud quod in psalmo continetur: AUFERES SPIRITUM TUUM AB EIS ET DEFICIENT ET IN TERRAM SUAM REUERTENTUR. EMITTIS SPIRITUM TUUM ET CREABUNTUR ET INNOUABIS FACIEM TERRAE. Qua de re, etiam si creator esse sanctus spiritus comprobatur, quod nulla creatura esse cognoscitur, non est 35 sanctus spiritus creatura.

Inmensus quoque esse sanctus spiritus exinde monstratur, quo etiam DEI PROFUNDA SCRUTARI refertur. Certe immensus esse deus creditur, immensus procul dubio et ille est qui eius scrutatur arcana. Quod

8. *uix puto* beato Iohanne baptista esse legendum: *immo credo aliquod uocabulum excidisse* Luc. i 15 9. cf. Luc. i 41 10. cf. Luc. i 67 11. Eph. v 18
apostolorum cod. Act. vi 3 20. Matt. xii 28 21. Luc. xi 20
27 possit cod. essit cod. Luc. i 35 inquit cod. 29. sanctus cod.
31. Ps. ciii 30 37. cf. 1 Cor. ii 10

si nullae hoc competit creaturae, id est ut immensa esse existimetur, non igitur est dei spiritus creatura.

Deum quoque eum esse certissimum est dicente domino ad Nicodemum: QUOD NATUM EST DE CARNE CARO EST, ET QUOD NATUM EST DE SPIRITU SPIRITUS EST, QUIA DEUS SPIRITUS EST. Sed ne quis hoc de patre uel filio et non de sancto spiritu proprie dictum esse contendat, diligenter quam ob causam hoc ipsum dicatur inspiciat. Cum Nicodemo dominus disputabat, qui nasci hominem denuo non posse dicebat; cui dominus: NISI QUIS RENATUS FUERIT inquit EX AQUA ET SPIRITU SANCTO NON POTEST INTROIRE IN REGNUM DEI, et subiunxit: QUOD 10 NATUM EST DE CARNE CARO EST, ET QUOD NATUM EST DE SPIRITU SPIRITUS EST, QUIA DEUS SPIRITUS EST. Illum procul dubi(o) deum dixit, de quo superius hominem nasci oportere dixerat. Hoc etiam in Apostolorum Actibus non obscure depromitur, ubi ad Ananiam dicitur: QUUR TEMPTAUIT SATANAS COR TUUM MENTIRI TE SPIRITU 15 SANCTO? et subsequitur: NON ES HOMINIBUS MENTITUS SED DEO. Quem hic alium deum dixisse existimabitur, nisi cui ante dictus primum perhibetur esse mentitus?

Dominum quoque et deum eum dici non dubium est, apostolo contestante, ubi ait: NEMO IN SPIRITU DEI DICIT ANATHEMA IESU ET 20 NEMO POTEST DICERE DOMINUM IESUM NISI IN SPIRITU SANCTO. DIUISIONES AUTEM GRATIARUM SUNT, IDEM UERO SPIRITUS, ET DIUISIONES MINISTRATIONUM SUNT, IDEM AUTEM DOMINUS, ET DIUISIONES OPERATIONUM SUNT, IDEM UERO DEUS, QUI OPERATUR OMNIA IN OMNIBUS. UNI CUIQUE AUTEM DATUR MANIFESTATIO SPIRITUS AD 25 UTILITATEM: ALII DATUR PER SPIRITUM SERMO SAPIENTIAE, ALII SERMO SCIENTIAE SECUNDUM EUNDEM SPIRITUM, et cetera usque ad eum locum quo ait: HAEC AUTEM OMNIA OPERATUR UNUS ATQUE IDEM SPIRITUS DIUIDENS SINGULIS PROUT UULT. Cum idem totiens repetit, de uno eodemque omnia se dixisse, ut claret, ostendit, et tam deum 30 quam dominum sanctum spiritum nuncupasse.

Et ut magis ac magis eluceat eum *(cum)* patre ac filio unius esse substantiae, ille de sancto Esaias promendus est locus quo ait: UIDI DOMINUM SABAOTH OCULIS MEIS. Quod de patre dictum esse plerique existimant: Iohannes tamen euangelista de filio id fecit 35 intellegi, ubi de Iudeis ait: PROPTEREA NON POTERANT CREDERE QUIA ITERUM DIXIT ESAIAS: EXCAECAUIT OCULOS EORUM ET INDURAUIT EORUM COR UT NON UIDEANT OCULIS, et cetera usque ad eum locum

4. Ioh. iii 6	8. cf. Ioh. iii 4	9. Ioh. iii 5	10. subiuxit cod.*
Ioh. iii 6	12. dubi cod. cf. Ioh. iii 5	15. Act. v 3	<i>ueri simile est spiritui</i>
<i>esse legendum</i>	16. Act. v 4	19. apostulo cod.	20. i Cor. xii 3-8
28. i Cor. xii 11	32. cum om. cod.	34. Esai. vi 5	36. Ioh. xii 39

quo ait: HAEC DIXIT ESAIAS, QUANDO UIDIT GLORIAM EIUS ET LOCUTUS EST DE EO. Quod tunc factum esse non dubium est, cum se dominum sabaoth uidisse testatus est, et hoc quod sanctus Iohannes ad filium rettulit, beatus apostolus de spiritu sancto intellegendum esse significat 5 in Actibus Apostolorum ita dicens: BENE SPIRITUS SANCTUS LOCUTUS EST PER ESAIAM PROPHETAM AD PATRES NOSTROS DICENS: UADE AD POPULUM ISTUM ET DIC: AURE AUDIETIS ET NON INTELLEGETIS ET UIDENTES UIDEBITIS ET NON PERSPICETIS, et reliqua.

Numquidnam sibi scriptura sancta contraria est? Minime. Sed 10 quia patris et filii et sancti spiritus uoluntas una est una deitas una substantia, de tribus personis intellegi in commune potest etiam quod ab una dicatur effectum. Quod euidentius illo euangelico testimonio conprobatur quod dominus ait: ITE BAPTIZATE OMNES GENTES IN NOMINE PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Et in Actibus Apostolo- 15 rum in nomine tantum filii apostolos baptizasse non dubium est. Quid ergo? inmemoresne aut transgressores praecepti dominici extitisse credendi sunt? absit; sed quia sciebant patris et filii et sancti spiritus unam esse substantiam, et quia nouellis ac rudibus filii nomen insinuari crebrius oportebat, absque aliquo fidei damno et dominicum praceptum 20 custodiunt, dum in uno trinitatem esse substantiae unitate confidunt, et solum filium nominando quod illius ratio temporis exigebat efficiunt.

Illud uero diligentius peruidendum est, quid causae fuerit ut in nomine patris et filii et spiritus sancti baptismi mysterium praeciperetur impleri, si patrem et filium et spiritum sanctum non eiusdem intellegimus esse naturae. Dicit namque apostolus: UNUM BAPTISMA UNA FIDES. Quo modo 'unum baptisma', si hae personae, in quarum nomine celebrari iubetur, unum non sunt, cum necesse sit illud tam diuersum esse quam ipsarum personarum, per quas consummari creditur, diuersae uidebuntur esse substantiae, uel quo modo 'una fides' est, si 25 non uni deo debetur? Quo modo autem uni debetur, si non una deitatis substantia dicitur esse, sed plures? Haec namque fides nostra est, quam de diuinorum scripturarum fontibus atque apostolicis traditionibus manasse non dubium est, qua confitemur patrem et filium et sanctum spiritum unius esse deitatis, unius aeternitatis, unius omnipotentiae, unius essentiae (et) unitam indiscretamque substantiam personarum tantum proprietate distingui. Nam et pater semper pater est, et filius semper filius est, et spiritus sanctus semper spiritus sanctus est. Numquam pater filius nec filius umquam pater, nec spiritus sanctus aliquando aut filius aut pater, sed semper patris ac filii spiritus,

1. Ioh. xii 41 3. uidisset cod.* 5. apostolorum cod. Act. xxviii

25 7. intellegitis cod. 9. Num quinnam cod. 13. cf. Matt. xxviii 19

14. apostolorum cod. cf. Act. ii 38 etc. 16. inmemoresine*aut cod. 25.

apostolus cod. cf. Eph. iv 5 31. prures cod.* 35. et om. cod.

iuxta illud apostoli : UOS AUTEM FRATRES IN CARNE NON ESTIS SED IN SPIRITU, SI TAMEN SPIRITUS DEI HABITAT IN UOBIS: SI QUIS AUTEM SPIRITUM CHRISTI NON HABET, HIC NON EST EIUS.

Diligenter, quaeso te, lector, attende quod quem superius dei, id est patris, spiritum dixerat, eundem inferius esse dicat et Christi. Quod 5 hac ratione eum dixisse non dubium est, ut tam substantiam patris et filii unitatem, ex hoc etiam quo eundem spiritum eam habere doceret exprimeret, quam etiam ipsum sanctum spiritum, cum patris ac filii esse asserit, nec patrem nec filium esse monstraret, neque alterius substantiae quam patris ac filii, dum patris ac filii spiritus esse indicatur, ostenderet. 10

Neque enim nos ut Sabellius unam eandemque personam tribus nominibus designamus, sed secundum nominum proprietatem etiam personas accipimus. Quod ita se habere multis licet scripturarum testimoniis declaretur, tamen illud praecipue quod iam superius usi sumus ostenditur : ITE BAPTIZATE OMNES GENTES IN NOMINE PATRIS ET FILII 15 ET SPIRITUS SANCTI. Non enim dixit ‘in nomine patris filii spiritus sancti’, quod eum dixisse conuenerat, si non tam tres personas tria nomina quam tria nomina unam nouerat optinere personam. Coniunctione uero ‘et’ post ‘patris’ nomen tam filii quam sancti spiritus interponendo, satis aperte haec nomina non unius sed trium personarum 20 esse monstrauit.

Hoc etiam illo ostenditur loco quo dominus baptizatus esse legitur ac super eum post baptismum in columbae specie spiritus sanctus descendisse perhibetur, et ueram uocem sonuisse de caelo HIC EST FILIUS MEUS. Agnosce in uoce patrem, agnosce in eo qui baptismum 25 consecutus est filium, agnosce et spiritum sanctum per columbam ut nequaquam iam unam trium nominum personam sed unam trium personarum credas esse substantiam.

Sed dicit aliquis : ‘Quo modo unum deum habere te dicis, cum tres personas te non neges confiteri ? Quidni confitear non secundum 30 diuersitatem substantiae sed secundum personarum distinctionem ? Et quo modo, inquires, quamuis in eadem substantia, unum possunt esse, si tres sunt, quod sint secundum auctoritatem scripturarum credere mihi necesse est ? Quo modo autem uel qualiter id ipsum sint nefas est quidem quererere : quae scripta sunt credere debeo, non 35 quae sunt scripta discutere. Scriptum enim mihi est unum deum esse et praeter eum aliud non habendum, et solum illum adorandum, solique ab omnibus seruiendum. Et scriptura illa quae mihi unum deum praedicat eadem tam filium quam spiritum sanctum in suis proprietati-

1. apostuli cod. Rom. viii 9 4. quod quem] quodque cod. 14. declaratur cod. 15. cf. Matt. xxviii 19 18. coniunctionem cod. 19. sancto spiritu cod. 24. descendisse cod. Matt. iii 17 25. ac nosce cod. 30. quinnoi cod.

bus ut patrem honorandum, et eiusdem cuius pater est esse substantiae secundum iam superius edita probamenta demonstrat. Quid aliud agere me conuenit quam secundum substantiam unitatem credere, quia secundum personas distinctionem non audeo denegare. Lego patrem deum, lego dominum, lego creatorem: hoc et filium, hoc etiam et spiritum sanctum: nusquam alterius esse substantiae quam pater est lego, nusquam creaturas. Quid inueniri ini quis potest quam simpliciter me credere nolle quod lego, et praesumtive credere uelle quod non lego?

A. SOUTER.